



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An de Maria natus Christus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

dicemus: Exemplo enim prophetarum, & Scripturæ sacræ visitato id probari potest. Nam Zorobabel vocari solet filius Salathiel in scriptura, non Phadaia, nisi in Paralipomenis. Sic 1. Esdræ 3. 2. & vers. 8. & 2. Esdr. 7. 7. & 3. Esdr. 5. 48. & 6. 2. Agg. 1. 1. & 12. Quemadmodum igitur, Esdras, & Aggeus Zorobabelem filium Salathielis dixerunt, omisso Phadaia, nihil veritatis in Iudeorum gentiumque cauillationes, ita eodem iure facere illorum exemplo Matthæus potuit, non hic modò, sed etiam in superioribus regum genealogia: Cur enim Matthæus dicat Zorobabelem filium Phadaia, & non potius Salathielis cum prophetis aliis?

§. 5. Quamquam apud Iudeos igitur nihil ex hac sententia nasci offensivum possit; nihilominus tamen, ad proprietatem locutionum seruandam, atque ad veteris testamenti loca citata melius intelligenda, dicendum est: Salathielem esse patrem *quærorum*, non autem Zorobabelis. Itaque dicendum est, Salathielem & Phadaiam fratres esse, filios Iechonias. At vero alterum Zorobabelem qui est Phadaia filius, alium esse ab hoc nostro, qui est filius Salathielis: duo enim fratres filios suos Zorobabeles nominarunt eadem ex causa. Sane nostri Zorobabelis filius est Abiud: sed apud auctorem *Ευαγγελιστήν* Mesullam & Anania, & Salomith soror eorum, nullus Abiud; nam si & Abiud quispiam esset, cur omisso filio, sceminam nominaret? Cum ergo noster Zorobabelis filium habuerit, qui illius filius non fuit, non esse eisdem certum mihi videtur. Nam quod quidam aiunt, Mesullam alio nomine dictum Abiud, id quia facilitate dicitur, eadem negatur. Deinde magna ratione eueritur; cur enim Matthæus alio nomine ignoto vitur, omisso illo, quod in scriptura erat, quodque ad fidem faciendum erat idoneum? Occurrunt tamen, & quærent ubi sit progenies Zorobabelis, si illa non sit, quæ in 1. Par. 3. Respondeo nusquam in veteri testamento. Nec id nouum; Nathanis posterii nulli recensentur, multorumque aliorum: & ne longe exempla perantur; Fratrum Salathielis progenies non recensetur, nisi tantum Phadaia, cum cæteris igitur sex etiam Salathielis familia omissa est.

§. 6. Multo certius est, alium esse Salathielem, & Zorobabelem apud Lucam, & apud Matthæum. Diuersus enim habent patres, & filios. Salathielis apud Lucam pater est Neri, quem qui Iechoniam esse aiunt alio nomine dictum, non animaduertunt: Magnam se inferre Lucæ obscuritatem, qui nomine incognito regis vitur, cum aliis propriis, & in scriptura notis vitur, quando alios nominat, qui ante Dauidem fuerunt. Deinde cum planum sit inter Salathielem, qui in Luca, & Dauidem plures esse progenitores, quam inter nostrum & Dauidem: ut superius demonstrauit.

VERSUS 16.

Iacob autem genuit Ioseph.

QVÆSTIO I.

Cur ad Iosephum non ad Mariam Christi genealogia deducta sit?

§. 1. In ea deductione Matthæus & Lucas omnino conueniunt, uterque in Iosephum non Mariam stirpem contulit. Qua ex re orta est quæstio. Cur id factum? quid enim ad Iosephum Christus? Nec enim ille pater eius, cur non modo Iosephi progeniem nominauit, sed etiam Mariæ omisit? Cur per falsum patrem potius, quam veram matrem ad Dauidem genuit? Varia hac in re dicuntur, & reselluntur.

Celsus apud Orig. l. 2. Iulianus apud Cyrillum Alexand. Faustus apud Augustinum hoc loco insultant Christianis.

Hieronymus respondet, non esse morem ut seminarum in scriptura genealogia ponatur: quod quidem verum est; sed tamen in re singulari penitus, tantæ matris videtur ponenda genealogia, cum enim ex sola matre natus sit, & matre virgine, non potest Christi genealogia cognosci nisi maternæ originis manifestatione, itaque non nisi per Mariam ad Dauidem pertinet. Alia responsio est plurimorum, noto Iosephi genealogia cognosci nisi maternæ originis manifestatione, de Mariæ quoque familia constare. Fuisse enim hanc vnicam, id est heredem, atque ex lege intra familiam nubere debuisset. Verum Num. 36. ubi quæstio tum apud deciditur, à Mose constituitur ut de tribu ne transeant, Iudeos denubant, cui volunt, sed sua tribus hominibus. Maldonatus, scribit, alique, non ad solas tribus, sed etiam familias restringunt, quia eadem est causa non mutandarum possessionum; verum plena de illo iure disputatio ad librum Numerorum pertinet.

§. 2. Non potest esse dubium hæc omnia Euangelistis notissima fuisse. Nam duo disertissime asserunt, nec fratri in Christum Iosephi filium non esse, Mariam antequam conuenirent in vtero habuisse. Iosephum putatum esse patrem, Christum de Spiritu sancto conceptum. Deinde uterque non Mariæ sed Iosephi originem ad Dauidem usque deducit. Nec considerat ab interpretibus dicitur, id eo scriptum, ut de virginis pudicitia nulla nasceretur calumnia: Nam satis expresse affirmant Euangelistæ Iosephum patrem non esse: non ergo voluerunt id dissimulatum. Nec timendum erat de fama virginis, ut in principio, quando natus est: tum enim importunum erat de partu virginis diuulgare mysterium; nam Euangelistæ post resurrectionem adulta iam Ecclesia scripserunt, cum apud fideles omnes de Christi diuinitate, & humanæ naturæ ineffabili natiuitate constaret. Ne igitur Euangelistas, atque adeo totam illam Ecclesiam summæ stoliditatis accusemus, necessario dicere cogimur: Eos voluisse, cum Iosephi genealogiam recenserent, etiam Christi domini genus ad Dauidem reducere. Hoc enim necessarium fuisse supra ostendi. Cum autem id aliter fieri non potuerit, quam si Maria etiam agnata esset, & ipsa filia Dauid, necessario etiam dicendum est, illam agnatam fuisse. Idque ideo omnibus notum fuisse, qui in Iudæa habitabant; cum fratres & cognati simul essent, ita Luc. 2. 44. Quærent eum inter cognatos & notos. & Matth. 12. 47. fratres Christi stant foris. Et Ioan. 7. 3. & Matth. 13. 55. Nonne, aiunt, hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas: & sorores eius, omnes nonne apud nos sunt? Testatissimum itaque erat; Mariam esse, uti & totam illam progeniem, quæ Nazarethi domicilium collocauit, filiam Dauid. Nec Euangelistæ historiæ suæ id probare conati sunt, sed testari, ut posterii crederent. Porro illos fallere voluisse tot in familia illa viuientibus, tabulas, & documenta generis habentibus, nemo sanus crederet. Multo minus falli poterunt, cum inter eos viuerent, qui cognati Christi Domini fuerunt.

De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

QVÆSTIO II.

An de Maria natus Christus?

§. 1. Raculum hisce verbis expressum, summam continet, & medullam Noui Testamenti: Iesum,

ADAMUS QUÆSTIO
IN
+ EVANGELIA
CIVILIS

Christi genus non ipsum numerat.

Nat^o Chri-
stus sum-
ma testa-
menti vete-
ris.

Iesum, qui vocatur Christus ex semine David. Non eodem
tamen modo à fidelibus, & pereuntibus accipi solet.
Sunt qui negant Christum ex Maria natum, alii ex vir-
gine natum non concedunt.

Non fuisse de Maria natum Iesum docebat Mar-
cion, ut est in Tertuliano aduersus Marcionem, & id-
eo hunc locum pervertebat, videm ostendit l. de car-
ne Christi, c. 20. *Qualis est autem tortuositas vestra, ut
ipsam Ex syllabam prepositionis officio adscriptam auferre qua-
ratis: & alia magis viri, quæ in hac specie, non inuenitur pe-
nes sanctos scripturas. Per virginem dicitur natum, non ex vir-*

gine, & in vulua non ex vulua. Hunc igitur locum demu-
tabant: idem queritur l. aduers. Valentin. c. 27. Chri-
stus autem in prepositionum questionibus positum. id est, per
Mariam non virginem, non ex virgine editum; quia delatus in virginem,
ex ea natus. transitorio potius, quam generatorio more processit, per
ipsam, non ex ipsa, non matrem eam, sed viam passus. Similis
eorum error apud Iren. l. 3, c. 18. confutatur. meminit
Augustinus de hæres. Epiphani. hæres. 31. Damascenus,
Theodoretus, alii. Cum hæc Ecclesia damnavit hæ-
reticos recentiores, ut Swenckfeldium, de quo Sta-
phyl l. de concordia discipulorum Lutheri, Andreæ
Musculum, apud eundem, Anabaptistas Monaste-
rienses. Quo sum enim in progenie narranda tam o-
perosus esset Euangelista? totiesque Davidis vocaret
filium, si natus ex eius semine non est? Ut taceam cum
hoc conuenire sententiam apostoli, ex semine David se-
cundum carnem? Recte Tertullianus monet; negauit ex
concubitu, non negauit ex carne. Imo confirmauit ex carne,
quia non proinde negauit ex carne, sicut negauit ex con-
cubitu. Cur vero in vicum descendit, potuit enim fieri me-
lius extra vicum, si nihil in vicum accepit? Maneat igitur
immortis ille locus contra veteres, nouosque secta-
rios, neque præpositionem Per pro De, vel Ex substi-
tuant. Cum sit in Græco *ἐκ*, & in Syro *ܐܝܢܐ* ex.

Porro noui apud Caluinum l. 2. institution. c. 13.
§. 3. Christum idcirco negabant ex semine David,
quod dicerent mulieris semen ad generationem non
coalescere, quod cum sit contra omnia elementa na-
tum ex se-
mine Da-
uid.

tura, quæ feminas domos nequaquam fecit, ad Phy-
sicos, & medicos remitto. Malo Augustini vsurpare
testimonium, in Psalm. 131. *Poterat, inquit, dicere ex
fructu femoris, quare ex fructu ventris voluit dicere? Et illud
David insi-
nit ex fructu ventris, quia de semine natus est Christus, quo
nata ratio-
vir non accepit.* Sic Iren. l. 3, c. 27. monet eum, non de
ne matris
fructu lumborum aut renum dixisse, atque ita Ebioni-
as David
cas refutat. Propter hoc enim *ἐκ* de fructu ventris eius regem
promisit, quod erat proprium virginis pregnantis, & non de
fructu lumborum eius, nec de fructu renum eius, quod est pro-
rium viri generantis, & mulieris ex viro conceptionem fac-
ientis. Circumscripti enim genitura viri in promissione Scri-
ptura: imo vero nec commemoratur, quoniam non ex volun-
tate viri, qui nascebatur. ita ex Psalm. 131. 11. Irenæus,
quia dictum est, *בְּרֵחַ בִּטְנִי בִּינְיָהוּ* Binecha, ventris tui, de conce-
pta virginis interpretatur. Sic Deut. 28. 4. Aliud ta-
men verbum est 2. Reg. 7. 12. vbi Davidi promissio fit,
וְיָצֵאתָ מִבֵּיתְךָ egredietur de vtero tuo, ad verbum, de inte-
rioribus tuis.

Nouit Mar-
cionita ne-
gant Chri-
stus ex se-
mine Da-
uid.

quod dicerent mulieris semen ad generationem non
coalescere, quod cum sit contra omnia elementa na-
tum ex se-
mine Da-
uid.

Propheta
David insi-
nit ex fructu ventris, quia de semine natus est Christus, quo
nata ratio-
vir non accepit.

Sic Iren. l. 3, c. 27. monet eum, non de
ne matris
fructu lumborum aut renum dixisse, atque ita Ebioni-
as David
cas refutat. Propter hoc enim *ἐκ* de fructu ventris eius regem
promisit, quod erat proprium virginis pregnantis, & non de
fructu lumborum eius, nec de fructu renum eius, quod est pro-
rium viri generantis, & mulieris ex viro conceptionem fac-
ientis. Circumscripti enim genitura viri in promissione Scri-
ptura: imo vero nec commemoratur, quoniam non ex volun-
tate viri, qui nascebatur. ita ex Psalm. 131. 11. Irenæus,
quia dictum est, *בְּרֵחַ בִּטְנִי בִּינְיָהוּ* Binecha, ventris tui, de conce-
pta virginis interpretatur. Sic Deut. 28. 4. Aliud ta-
men verbum est 2. Reg. 7. 12. vbi Davidi promissio fit,
וְיָצֵאתָ מִבֵּיתְךָ egredietur de vtero tuo, ad verbum, de inte-
rioribus tuis.

Propheta
David insi-
nit ex fructu ventris, quia de semine natus est Christus, quo
nata ratio-
vir non accepit.

Sic Iren. l. 3, c. 27. monet eum, non de
ne matris
fructu lumborum aut renum dixisse, atque ita Ebioni-
as David
cas refutat. Propter hoc enim *ἐκ* de fructu ventris eius regem
promisit, quod erat proprium virginis pregnantis, & non de
fructu lumborum eius, nec de fructu renum eius, quod est pro-
rium viri generantis, & mulieris ex viro conceptionem fac-
ientis. Circumscripti enim genitura viri in promissione Scri-
ptura: imo vero nec commemoratur, quoniam non ex volun-
tate viri, qui nascebatur. ita ex Psalm. 131. 11. Irenæus,
quia dictum est, *בְּרֵחַ בִּטְנִי בִּינְיָהוּ* Binecha, ventris tui, de conce-
pta virginis interpretatur. Sic Deut. 28. 4. Aliud ta-
men verbum est 2. Reg. 7. 12. vbi Davidi promissio fit,
וְיָצֵאתָ מִבֵּיתְךָ egredietur de vtero tuo, ad verbum, de inte-
rioribus tuis.

QUESTIO III.

An natus de virgine Christus?

§. 1. PETVLANTER gentes Christianorum, ut di-
cebant, si apostolatum ir-
religio requireret, ut crede-
rent virginem peperisse.
Quos contra multi patriam scripserunt, plures signis
& virtutibus probant; Virginis filium esse Christum.
Rustinus eos Tusco iurgio grauiter exagitat, multoq;
mirabiliora apud eos credenda demonstrat. Mineruam de
cerebro Iouis, Bacchum de femore, Venerem de spu-

ma maris, Castorē & Pollucem ex ovo. Myrmidones
ex formicis, homines post calachysmum ex lapidibus
factos, aliaque fabulosa quidem, sed illis tamen credi-
ta, aut sane in decorum laudibus vsurpata. addit apes,
& phœnicem sine semine nasci. Lactant. l. 4. cap. 12.
quædam animalia vento concipere, Basil. orat. 19. de
providentia, vultures sine compare edere suos foetus,
adiungant alii tot animalium species calore & humo-
re gigni. Cyrillus Hierosolymitanus non diuersa lu-
dæis opponit, ut fiorentem virgam Aaronis, steriles
generantes, Euam de latere Adami factam, vndas de
petra profluentes, aliaque, ut & Augustinus serm. 14.
de nativitate domini.

§. 2. Cum gentibus, & Iudæis senserunt Apostoli-
corum temporum hæretici. Initium Ebion dedit. Ter-
tull. de velandis virg. c. 6. *Misit Deus filium suum, sa-
lum ex muliere, quam ritque virginem fuisse constat, etsi gentium
Ebion resistat.* Verum de præscriptionib. Carpocrati discipuli,
tribuitur tam nefanda hæresis, Cerinthum putat ex
hoc, & Ebionem sumpsisse. Veruntamen alii Cerin-
tho Carpocratem postponunt, Philastrius, Iren. l. 1,
c. 26. Epiph. Aug. Damasc. Euseb. l. 4, c. 7. Hos multi
martyrum tempore secuti sunt, sed magno furore, qui
regia potentia armabatur, Copronymus, atq; illi qui-
dem Christum ex Iosepho natum docuerunt, huius
sententia deprauatione abusi. Post secutus est Helui-
dus homo rusticus, & primis vix literis imbutus,
qui Christum quidem ex virgine conceptum & na-
tum, sed postea ex eadem matre filios alios genitos ac-
seruit. De quo Augustinus hæres. 83. Gennad. in Ca-
talog. Verum de illo in sequentibus agendum est, lon-
gius autem prolapsum esse ostendam. nulla enim hæ-
resis in prima blasphemica sistit. Iovinianus conce-
ptum dominum illa virginitate matris, natum vero
virginitate soluta. Multos ille suæ infantie sectatores
è grege Caluini sortitus est. Ioannem Fayum negan-
tem perpetuam virginis integritatem audisse se testa-
tur Iacobus Gualterius in anno 100. verit. 2.

§. 3. Non debent illa mouere Catholicum quem-
piam. Accurata enim huius loci expositio sanctissimæ
virginis, & purissimæ matris integritatem non inficia-
bitur, sed asseret. Cum enim spiritus sanctus Christi
in generatione, alios ab aliis natos recensuisset, cum
ad Iosephum est ventum, non continuauit id, quod
iam in aliis quadrages dixerat, *Ioseph autem genuit Ie-
sum, qui vocatus est Christus;* sed textum orationis im-
mutauit, & dixit. *Virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui
vocatus est Christus.* Cur igitur Iosephum solum suo ho-
nore, & prærogatiua priuauit; si ille non minus pater
erat Christi domini; quam Abrahamus Isaac, David
Salomonis? Quod si matrem etiam Messia nomina-
re voluit, cur non fecit eo modo, quo de Thamar, Ra-
hab, & Ruth, Bethsabee? Iosepho igitur Christus non
adscriptur, quod tamen faciendum erat, si Iosephi fi-
lius esset, quia genealogia ex mascula successione de-
scribitur, atque ad Davidem Abrahamumque dedu-
citur, sed ordinem immutauit, quia sine patre, ex ma-
tre conceptus & natus est. Ex virgine, inquam, siue
de virgine; neque enim audiendi sunt, qui minutim
magis & subtiliter, quam vere ista distinguunt, in leui-
bus rebus, aut non necessariis verbis, in necessariis
muri, vel altaris. Quos vere quondam Erasmus, &
Valla taxarunt. Hanc deum esse Euangelistæ men-
tem, historia circumstantia indicat. Mariam in vtero
habuisse, antequam conceperet, Iosephum de illa occulte di-
mitenda c. nihilum aguisse memorat. Hæc vii iusta
dubitatio, nunc cumque satis indicat, virginis illi-
bata generationem Christi contigisse. Frustra deinde
angelus spiritui sancto hoc opus attribueret, si ex se
prolem illam vel natam, vel nasci potuisse Iosephus
confusus erat.

VER-